

rusicola

1158

1. reg. los

á

á

inbroggionem P

es manent (antiquat?)
inbroggionem halt voces
deus. sub voces P
deus abri inbroggionem P

inbroggionem trans-
ierint/ transierit P
quidam

post abri inbroggionem

Ex diuina inbroggionem
deus. sub inbroggionem P

()

viricula, superpellicio pro lorica indutus, calvicio pro galea, canis, ventre rotundo, funda sua, qui capiebantur, super ripam stans liberare viriliter laborat, ~~sed~~ et ipse captus in superpellicio ante regem Boemie adducitur, quem dominus Daniel suis precibus super hac pugna risu maximo facto, quod funda sua regales exercitus a transitu fluminis repellere nitelatur, pro remedio anime domni regis a captivitate liberat. Imperatoris autem exercitus primo Mediolanenses putant suis in adiutorium venisse. Veruntamen cum tympanum signum Boemorum audiunt, suos adversarios eos viriliter cedere considerantes ledi de tanta victoria ledos ad celum clamores levantes, quomodo vel qua arte tam precipites fluctus transierint, mirantur. Boemi vero reliqua parte hostium fugata plus de leta victoria quam de preda curantes castella, villas. et, que possunt, igni committunt. Rex interea ad pontem imperatoris se transfert pro reparando sollicitus. Ex utraque parte tam imperatoris quam regis strabes componantur ponti utiles. Interea tantum laborem nox dirimit. Rex ex parte Mediolanensi tuciori posita custodia cum suis illam noctem sub divo peragit. His ita peractis dies ad Jul. 24 venit inopinatam eis ~~adpot~~ adportans victoriam. Dum etenim summo diluculo ad reparandum pontem domino